



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentiss Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Artic. I. Prima Corona sanctissimæ Virginis est elevatio sublimis throni
ipsius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

ARGUMENTUM.

Multitudo & pretiositas Coronarum Sanctissimæ Virginis constituunt pulchritudinem Triumphus ipsius.

ARTICULUS I.

LEva oculos ad contemplandam excellentiam Triumphus Sanctissimæ Virginis in Assumptione ipsius; & aspiciens ipsam totam resurgentem gloriâ totam refertam magnificentiis, totam circumfusam Coronis. Interrogas, unde hæc omnia proficiuntur in ipsam? Quis exstruxit ipsam omni hoc magnifico apparatu? Dicitur tibi; Filium ipsius Unigenitum JESUM Christum. Sed occur excipere is ipsam voluit tanto cum honore, cum videatur ipsam fuisse, quæ humiliaverit & redegerit illum in summas miseras?

Considerando totam Oeconomiam ac dispositionem Mysterij Incarnationis, ubi Sanctissima Virgo fuit agens & causa efficiens unâ cum sancto Spiritu, non videbis nisi longam quandam seriem tam barbararum ac crudelium acceptationum, humiliationum, exspoliationum ac miseriarum, quibus oppresserunt Majestatem Filii Dei, ut illæ sint visibilis quædam & manifesta imago infinitarum injuriarum, quibus peccatum invisibiliter profcindit & sauciât Deum. Siquidem inprimis suprema ado-

randi hujus verbis magnificentia non solum deprimatur & humiliatur, sed exinanitur juxta phrasin Sancti Pauli Apostoli: *Scipsum exinanivit*: Secundò supremus hic mundi Monarcha, quem cæli cælorum capere non possunt, conspectus fuit captivus, Augusto & obsecro inclusus Carcere, ubi & notabili admodum tempore detentus fuit. Tertio exspoliatus est omni suæ gloriæ splendore, ut conspiciendum præberet se mundo velut pauperimum inter homines. Quarto obvelati sunt ipsi oculi; & parum abest, quin dicam, excæcatus est, ut ejusmodi formaret gressus, qui totidem videbantur fatuitates oculis sapientum hujus mundi. Quinto exspoliatus est omnibus thesauris suis, & hic Omnipotens totius universi Dominus in tantum redactus est paupertatem, ut coactus fuerit mendicare panem suum. Sexto exutus est honoribus omnibus voluptatibus, omnibus delicijs vitæ humanæ, ut obrueretur miserijs & amaritudinibus, quæ nutrent ipsam pane lacrymarum atque dolorum. Septimo passus est persecutiones, injurias, calumnias, accu-

D d d d d ; tatio.

lationes, sententiam mortis, & quidem mortis non minus probro-
fa. Unico verbo, si consideretur
tota series Incarnationis Salvato-
ris nostri, videre hic est non nisi
injustitias, non nisi indignissimas
acceptiones Majestatis Dei.

Nihilominus ad statum hunc re-
degit ipsum Sanctissima Virgo per
Nativitatem ipsius temporalem:
siquidem Deus Pater non nisi ma-
gnificentias confert ipsi, per Na-
tivitatem ipsius æternam; sed San-
ctissima Virgo conspirans cum
Spiritu Sancto, & Spiritus Sanctus
cum illâ, redegerunt ipsum velut
ad nihilum, vestiendo illum carne
humanâ: Si quis alius, quàm Spi-
ritus Sanctus, qui infinitus est amor;
& si quæ alia, quàm Sanctissima
Virgo, quæ Mater est pulchræ di-
lectionis, exercuissent ejusmodi
sevitiam in proprium Filium Dei,
crederetur, has fuisse affectas, quæ
punire satis non potuissent ab om-
nipotenti brachio Dei; sed amo-
ris admiranda prorsus est indoles!
quidquid oritur ex eo, tam acce-
ptum est Deo, ut maximæ inju-
riæ, & ipsamet mors ipsi sint de-
licia, seque ex eo ipse se obliga-
tum agnoscat, quando injuria præ-
ficiuntur ex amore divino.

Hoc est, quod Sanctum Ber-
nardum rapuit in admirationem,
dum exclamat: *O amoris vim!
quid violentius? de Deo trium-
phat Amor.* O Amor divine!
quanta est potentia tua? tu supe-

raſti Omnipotentem; tu protraxiſti
ſci illum, exſpoliaſti, ad ſummam
redegiſti impotentiam. Admiror,
quod ita ipſum accipiendo acce-
prus ſis ipſi, tu repleſ ipſum hono-
re, gaudio, magnificentiâ, ita ve-
nunquam conſpectus ſit magis
glorioſus extra ſeipſum, quàm per
omnes humiliaciones Myſterij In-
carnationis & Redemptionis ho-
minum. O Amor Omnipotens,
Amor infinite, quàm admiranda
tua eſt indoles! quàm incompre-
henſibilia ſunt conſilia tua! tua
ſævitia ſunt delicia, tua tormen-
ta ſunt fomenta, tua ſupplica ſunt
beneficia, tua humiliaciones ſplen-
doreſ ſunt gloriæ, tua exſpolia-
tiones ſunt divitiæ, & tua vindi-
cæ tenuntiationes ſunt ſplendiſſi-
mæ: *Sic Amor vindicat.*

Sanctus Petrus Chryſologus con-
ſiderans, quâ ratione optimus il-
le Pater receperit Filium ſuum
prodigium revertentem in domum
ſuam; quòdque in multam om-
nium injuriarum ſibi factarum,
amor paternus nunquam non in
corde ipſius dominans, coegerit
illum, ad amplectendum ipſum ab-
ſequeſſimè, eſt reſtituendum
quòque eundem illicò in poſſeſſio-
nem hæreditatis ſuæ, exclamat to-
tus abreptus gaudio, ad intuitum
ſpectaculi tam inuſitati: *Sic Amor
vindicat!* Itane ergò ſe vindicat
amor? itane obruit beneficijs il-
lum, à quo eſt obrutus injurijs?
Vellem lubens inſerere hæc verba

ori

Chryſo-
logus ſerm. 2.
de prodigo.
Amor ha-
bet vindi-
cæ ſuaſ
æque ac
odium, ſed
omniò
contrariat.

ori Salvatoris mei, JESU Christi: Divina hæc Majestas, an nihilata in utero Sanctissimæ Virginis, induta carne passibili atque mortali, dicere posset: Malè acceptus sum, sustinui omnem violentiam, quæ sub amoris pondere ac potentia sustineri potest; triumphavit de me amor, quomodo voluit; hominum omnium culpam & causam conjicio in Matrem meam, quæ in statum tam miserabilem & abjectum redegit me; siquidem sine illa forem impassibilis; vindicabo me adversus illam, sed ratione, quâ se vindicat amor.

Quot sustinui injurias, tot summam de illis vindicatas. In primis, quia humiliavit me, meque constrinxit uteri sui ergastulo, exaltabo illam super Thronum altissimum gloriæ; sic amor vindicat. Secundò, quia expoliavit me meæ splendoribus gloriæ, meque despicibili induit sacco, in quo velut peccator apparui, ipsam volo totam amictam esse sole, & resurgere perpetuò meæ splendoribus Divinitatis; sic amor vindicat. Tertio, quia excæcavit me, meque redegit eò, ut facerem tanta ac talia, quæ habita fuere coram sapientibus mundi, velut fatuitates ac insanix, introducam ipsam in thesauros infinitæ meæ sapientix, & sapientissimam esse volo ipsam in universo Regno Dei; sic amor vindicat. Quarto, quia ligavit mihi manus, meamque de-

jecit omnipotentiam usque ad infirmitatem Infantis, vindicabo me, & dabo illi tam absolutam atque perfectam in Imperio meo potestatem, ut de omnibus, quomodo voluerit, possit disponere, suæque omnia subicere potentia, à cælorum vertice, usque ad abyssum inferni: sic vindicat amor.

Quintò, quia exuit me omnibus meis divitijs, meque in paupertatem adduxit velut vermiculum terræ, inducam ipsam in possessionem omnium thesaurorum meorum, ita ut velim omnes meas coronas pertinere ad ipsam, ipsaque disponere possit non solum de omnibus bonis meis, sed de me ipso pro suo arbitrio: sic amor vindicat. Sextò, quia omnes subduxit mihi voluptates, meque nutritivit pane doloris & amaritudinum vitæ mortalis; degustandos præbebo illi dulciores vitæ æternæ tantâ cum abundantia, ut semper sanctè futura sit ebria à delicijs & voluptatibus Domûs meæ: sic amor vindicat. Et tandem ut summam de ipsâ summam ultionem, cum fecerit me mortalem, faciam ipsam immortalem; cum ipsa me exposuerit contemptibus hominum, exponam ipsam perpetuæ venerationi Angelorum; Cum, quod accepi ab ipsâ, non nisi spoliolum fuerit & præda mortis, quod ipsa accipiet à me, erit fons vitæ immortalis, vitæ divinæ, vitæ beatæ in omnem æternitatem: sic amor

Septem
vindicat
amoris,
quæ corre-
spondent
septem in-
jurijs, qui-
bus ille af-
fecit JE-
SUM Chri-
stum.

ysolo-
ferm.;
prodigo,
or ha-
vindi-
suis
te ac
am, sed
sind
trariet.

mor vindicat. Ecce ipsius mentem, jam cepit consilium, aspice deinceps ipsius executionem, & probe considera, quantâ effluit Mater hæc Admirabilis gloriæ abundantia, quantâ æternorum bonorum

immensitate sit locupletata, & quantis quâque pretiosis sit circumsepta coronis; si hæc videris, videbis aliquid magnificentiarum Assumptionis ipsius.

ARGUMENTUM.

Prima Corona Sanctissima Virginis; Elevatio sublimis Throni ipsius.

ARTICULUS II.

Quid intelligatur per elevationem Throni in celo.

Quando loquor de elevatione alicujus Throni in gloria, id non consistit, ut collocetur in loco quodam sublimiori; siquidem locus respicit corpus, & non animas; & Thronus non significat sedem & cathedram quandam materialem, in quâ resideat corpus. Elevationes in celo spirituales sunt & divinæ, alteriusque conditionis, quàm illæ corporum: illæ, quæ concernunt animas, attollunt ipsas supra omnem circumferentiam locorum, usque in ipsam immensitatem Dei, quæ terminum non habet: Tanto sublimior est anima, quanto plus habet similitudinis cum Majestate Dei; quæ propius accedit ad perfectiones ipsius, & infinitam ipsius magnitudinem & excellentiam, est sublimior. Quando igitur dicimus, Sanctissimam Virginem esse Thronum Dei in celo Empyreo, dicere volumus, ipsam proximè accedere ad sanctitatem & omnes perfectio-

nes Dei, & ex hoc sublimiùs effulgere ipsius gloriam. Sed quâ ratione concipi & intelligi potest sublimis hæc elevatio. Ecce tibi illarum aliquam, quæ hæc in re te multùm juvare poterit.

Audi Ecclesiam, quæ applaudit gloriæ Triumphus ipsius, plenâ modulatur voce in Festo Assumptionis ipsius: *Exaltata est Sancta Dei Genitrix super Choros Angelorum ad cœlestia regna.* Hac super re plures celeberrimi Theologi, pluresque Sancti Patres discutiunt egregiè, ut suum attollant animum velut per gradus, usque ad sublimitatem Throni Sanctissimæ Virginis: Et ecce aliqua principia, quibus firmant & stabiliunt suos discursus.

In primis certum est, quod ubi-
cunque est ordo, ibi sit subordinatio; siquidem in hoc consistit Essentia ordinis; quæ aliud non est, quam dispositio rerum secundum prius & posterius: Non est ordo, sed

Discursus, à quo aliter concipitur sublimis Elevatio